



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Hedwigis Ducissa. 15. Octob.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

646 VITÆ SANCTORUM. 15. Octob.
cymis miscebant. Iam loqui semel in
septimanâ, dabatur, cædere verò flagris
sæpius in die se, sæpius cædi ab aliis mos
receptus jam fuerat. Hæc omnibus tunc
communia, at *Dominico* nostro pecula-
ria illa ajunt: nudam carnem lorica fer-
rea onerare, itaque in vigiliis sanctis no-
ctes dies perstare; tum bis quotidie Re-
gii Vatis carmina cantando decurrere,
manu interim utraque virgis armata
mensuram imperante. Durum, ais, est
nimis sic vivere. At sic vivendo virgo vi-
xit *Dominicus*, & ut tales vos vivatis, So-
dales Parthenii, testamento arma vobis
sua legavit. *Ex Lippeloo.*

*Optimè penitet, qui dum carnem ver-
beribus mactat, lucrum, quod delectatione
carnis amiserat, afflictionibus recompen-
sat, & salubrem ibi nunc amaritudinem
ingerit, cujus olim noxiâ delectatione pec-
cavit. S. P. Dam. l. 5. epist. 8.*

S. HEDWIGIS DUCISSA. 15. Octob.

IN regium te gynæceum introducimus,
tamen terreare, si ad limina pauperes
excubent: *HEDWIGIS* intus habitat,
quæ ex illustri Andecensium Comitum
& Tyrolensium stirpe Henrico Polono-
rum Duci nupta, primos annos liberis
procreandis, reliquum deinde vitæ tem-
pus, non invito conjugè, castitati de-
dit, maluitque à pauperum jam turba,
quàm

15. Octob. VITÆ SANCTORUM. 647
quàm Regum mater dici. Ex illis tredecim
quotdiebus mensæ adhibuit, flexo
poplite in iis Christum ac duodenas A-
postolos adorans. Ajunt multos ex iis,
imposita capiti *Virginis Magnæ* icuncu-
la, valetudini restitutos ab HEDWIGÆ.
Certè inventam *Virginis* effigiem mul-
tis ab obitu annis inter digitos tres pri-
mores eosque integros asseverant, ma-
gno sive HEDWIGIS in *Virginem*, si-
ve *Virginis* in HEDWIGEM voluntatis
testimonio. Porrò tam dura sibi, quàm
benigna aliis, pedes ferè nudos etiam
hyberno tempore circumferebat, in-
dormiebat assensibus, corpusculum &
ipsa verberabat, &, quod pauci volunt,
verberari ab aliis volebat. Sacerdotibus,
quotquot denique faciebant, quotidie
omnibus assistebat, nullas alias volup-
tates unquam sectata, quàm quæ pre-
ces inter animum demulcebant quarum
quidem ingens argumentum fuere nunc
prodigiosus in vultu splendor, nunc
cum animo suo in aërem etiam corpus
abreptem. Et fuit, cum sic precanti è
cruce benè ultro Christus precaretur, &
rata omnia vota ejus haberet. Horum
scilicet compendium cælum erat, quod
ingressa est HEDWIGIS inter Thecla &
Catharinæ aliarumque Virginum comi-
tatum, ut & tunc Principem crederes.

Ex Surio.

*Qui ad caelestes nuptias firmæ spei gradi-
bas*

814

bas

648 VITÆ SANCTORUM. 16. Octob.
*bus festinas, non parvam partem substan-
tiae in tuto loco reponere: marsupium autem
sinus est pauperum, sustentatio miserorum.
Hoc est fidele depositarium sine ullo prorsus
detrimento, quod susceperat redditurum.*
S. Pet. Dam. l. 8. epist. 14.

S. GALLUS ABB. 16. Octobris.

GALLUS ad Laci Brigantini incolas
Columbano duce venit, quem in li-
teris & pietate magistrum habuit. Hic
permultis auctor fuit, damnatâ supersti-
tione, ad Christi partes transeundi: ipse
antra silvasque à colubris & lemuribus
purgatas melior hospes cœpit incolere,
commeatum sapius celo suppeditante.
Et fortè preces Numini faciebat, cum
ursus adfuit pauperis cœnæ reliquias
populaturus. Sed jubet GALLUS li-
gnum potius sur comportet, eoque fo-
cum foveat. Facit ille imperata, & in
laboris stipendium panem capit. Tum
Divus cum eodem ita paciscitur, com-
munem uterque montem haberent, ex-
terum nemini deinceps mortalium ursus
noceret. Has inquam leges homo tulit,
& sacro sanctas fera habuit. Vidit hoc
& invidit orcus, omni que vi pellere
GALLUM est aggressus. Sed facile hic
iterum in fugam versipellem hostem
egit, victor trophæum Crucis erexit,
& præsidium sacra Divorum lipsana im-
po-